

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind

Florus, Lucius Annaeus

Vienne, 1511

Liber secvndvs

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

LIBER
QUARTA VRB. DISCOR. TI. XXVI.

Quartam/honorū cupido: ut plabeī quoq; magi-
stratus crearent. Fabius Ambustus duarū pī: alterā
Sulpitio patritii sanguinis dederat: alterā plabeio
Stoloni: Quæ quodā tpe q; lictoria uirga sonū ig-
notum penatibus suis/expauerat /a sorore satis insolenter irrita
Inluriam nō tulit. Itaq; nactus tribunatū: honorū & magistra-
tuū consortiū/quis inuito senatui extorsit. Verū in his ipsis se-
ditōibus pīcipem populū nec ī merito suspexeris: siqdem nūc
libertatem: nūc pudicitiam tū natalium dignitatē: honorū deco-
ra & insignia uīdcauit. Inter oīa hec/ nullius acrior custos quā
libertatis fuit. Nullaq; in pīcium eius potuit largitione corrupti:
cum ut ī magno & in dies maiore populo iterim pīciosi ciues
existerent. Sp. Calsium agraria lege: Melium largitione suspe-
ctum Regiæ dominatiōis pīsentī morte multauit. Ac de Spu-
rio quidē supplicium pater ipius sumpsit. Hunc Quintū dictato-
ris imperio ī medio foro magister equitū Seruilius Hala cōfo-
dit. Manliū uero capitolii uindicē: q; plerosq; debitorū libera-
uerat: altius se & inciuilius efferentē: ab illa quā defenderat: arce
deiecit. Talis domi ac foris: talis pace belloq;. P. R. (statum illū
adolescētie. i. secundā impli aetatem habuit: in qua totam in-

A. I. fretum ter alpes fretūq; Italiam armis subegit.)
illub.

LVCII FLORI EPITOMA
tis liber secundus Titulus. I.

Domita subactaq; Italia. P. R. ppe quingētesimum
annū agens: cū bona fide adoleuisset/ si qd ē robur
si qua iuuentus: tum ille uere robustus & iuuenis &
par orbī terrarū esse coepit. Itaq; mirū & incredibile
dictū: q; ppe quingētis annis domi luctatus ē: adeo difficile fu-
erat dare Italiæ caput His ducētis annis q; sequunt: Africā: Euro-
pam: Asiā: totū deniq; orbē terrarū bellis uictoriisq; pagrauit.

SECUNDVS.
PRIMUM BELLVM PVNICVM. TI. II.

Gitur uictor Italiae populus cum a terra fretum usque
I uenisset: more ignis quod obuias populatus incendio sil-
uas interueniente flumine abruptis: paulisper sub-
stitit: Mox cum uideret opulentissimam in proximo
quodam modo Italiae suae abscissam & quasi reuulsam adeo
cupidine eius exarsit ut quatenus nec mari longi, nec portibus
posset: armis belloque iungenda: & ad continentem suam reuocanda
bello uideret. Sed ecce ultro ipsis usam pendentibus factis/nec
ocasio defuit: cum de Penorum impotentia federata Siciliae ciuitas
Messana quereretur. Affectabat autem ut Romanus Ita Pannus Siciliae
& eodem tempore paribus uterque uotis ac uiribus imperium orbis
agitabat. Igitur specie quidem socios iuuandi: re aut sollicitate pre-
da quamque terraret nouitas rei: tanta tamen uirtute fiducia est ut ille
rudis: ille pastorius populus: uereque terrester ostenderet nihil in-
A tere se uirtutis: regis/an nauibus: terra/an mari dimicaretur. Ap-
Cla. consule primum fretum tamen ingressus est: fabulosis infame mo-
stris/estque uiolenti: sed adeo non exterritus: ut ipsam illam reuentis
estus uiolentiam per munere amplecteretur: statimque ac sine mora
Hieronem Syracusanum regem tanta celeritate uicit: ut ipse ille se
prius uictum hostem uideret/fateretur Duillio, Cornelioque consu-
libus etiam mari congreddi ausus est: Quis quidem ipsa uelocitas clas-
sis comparatae auspiciu fuit: intra. n. sexagesimum diem quae caesa silua
fuerat. clx. nauium classis in anchoris stetit: ut non arte facte: sed
quodam munere deorum conuersae nauis atque mutatae arbores ui-
derent. Prelium uero fama mirabilis: cum illas celeres uolucresque ho-
stium naues/haec graues tarda:que comprehenderent: longe/illis nau-
tice artes: detorquere remos: & ludificari fuga rostra: Iniecit. n.
ferreae manus machinaeque aliae: ante certamen multum ab hoste de-
rise/coactique hostes quasi insolido decernere: uictor ergo apud Lipas-
merfa & fugata hostium classe primum illum maritimum egit trium-
phum: cuius quod gaudium fuit: cum Duillius imperator non con-
tentus unius diei triumpho per uitam omnem ubi a cena rediret
prelucere funalia: praecinere sibi tibias iussit: quasi quotidie trium-

LIBER

pharet: p̄ tanta huius uictoria/leue huius plii damnū fuit. Alter
 consulū interceptus Afina Cornelius q̄ simulato colloquio euo
 catus atq; opp̄sus fuit: p̄fidia Punicā documētum. Calatino
 dictatore fere oīa p̄sidia P̄enō: Agrigēto: Drepano Panor
 mo. Eryce. Lilybeo detraxit: Trepidatū est semel circa Camerī
 nensium saltū: sed eximia uirtute Calfurnii Flāmae tribuni mil
 tum euasimus. q̄ lecta. ccc. manu/ infestū & infessum ab hostib;.
 tumultū occupauit: adeoq; moratus hostes: dū exercitus omnis
 euaderet ac sic pulcherrimo exitu Termopylarū & Leonida fa
 mam adequauit. Hoc illustrior noster q̄ expeditioni tantæ sup
 fuit/ & supuixit: licet nihil seperit sanguine. Lucio Cor. Scipioe
 cum iam Sicilia suburbana esset populi Romani prouincia/ ser
 pente latius bello Sardinia/ annexamq; ei Corficam transit: ubi
 & hic Caralæ urbis excidio icolas terruit: adeoq; oīs terra ma
 ri: P̄enos expugnauit: ut iam uictoriae nihil nisi Africa ipsa re
 staret. M. Attilio Regulo duce iam in Africā nauigabat bellum C
 nec deerant qui ipso Punicū maris noīe ac terrore deficerēt: au
 gente insup Tribuno Mamnio metū: in quē: nisi paruisset: secu
 ri districta ip̄erator metu mortis/ nauigandū fecit audaciā: mox
 de uētis remisq; p̄peratum est/ tantusq; terror hostici aduentus
 P̄enis fuit: ut aptis pene portis Carthago capet. Belli p̄ria pre
 mium fuit ciuitas Clypea prima. n. a Punico littore quasi arx &
 specula p̄currit: & hec & ccc. amplius castella uastata sunt. Nec
 cū hoībus: sed cum mōstris quoq; dimicatū est. Cum q̄si in uin
 dictam Africā nata miræ magnitudinis serpens/ posita ap̄ Bra
 gadam castra uexaret. Sed omniū uictor Regulus cū terror em
 nominis sui late circūtulisset: cūq; magnam uim iuuentutis du
 cesq; ipsos aut cepisset/ aut haberet in uinculis/ classemq; ingeu
 ti preda honuistam & triumpho grauem/ in urbem premisisset
 etiam ipsam caput belli Carthaginē urgebat obsidione: ipsiq;
 portis inharebat. Hic paulū circumacta fortuna est: tantum ut
 plura deessent Romanæ urbis insignia: cuius fere magnitudo
 calamitatibus approbatur: nam cōuersis ad externa auxilia ho
 stibus: cū Xantippum illis ducē Lacedemon misisset: a uiro mi
 litia peritissimo uincimur: cum facta clade Romanisq; usu in

SECUNDVS.

D cognita, Viuus i manus hostiū uenit fortissimus i perator / Sed ille quidem par tantæ calamitatis fuit. Nā nec Punico carcere fractus est: nec legatione suscepta: quippe diuersa quā hostes madauerāt censuit / ne pax fieret: ne cōmutatio captiuorum reciperetur: Sed nec illo uoluntario ad hostes suos reditu: nec ultimo siue carceris: seu crucis supplicio deformata maiestas. Immo his omnibus admirabilior (qd aliud q̄ uictus de uictoribus: q̄a Carthago non ceserat: de fortuna triumphauit. Populus autē Romanus multo acrior infestiorq; p uisione Reguli / q̄ pro uictoria fuit. Metello i gstrur consule spirantibus altius Pānis: & reuerso in Siciliam bello ap̄ Panormū sic hostes cecidit: ut ne amplius ea i insula cōcigaretur. Argumentū ingentis uictoriæ centū circiter elephantorū captiuitas. Sic quoq; magna preda / si gregē illum non bello sed uenatione cōpisset. Publio Clau. consule non ab hostibus sed a diis ip̄is sepatus ē / quorū auspiciā cōtemperāt ibi statū classe demersa: ubi ille p̄cipitari pullos iusserat: q; pugnare ab his uetaretur. M. Fa. Buteone cōsule classē hostium i Africo mari ap̄ Egimurū iam in Italiam ultro nauigantem cecidit: Quamuis Octauio triumphus tempestate intercidit: cum opulenta preda classis aduersis acta uentis naufragio suo Africā & Syrtes omnium imperia gentiū: insularū: littora impleuit. Magna clades sed non sine aliq̄ principis populis dignitate intercepta tēpestate uictoria / & triumphū periisse naufragio. Et tū / cū Punicæ prædæ omnibus insulisq; fluuaret. P. R. triumphauit. Lutatio Catulo cōsule: tandē bello finis impositus ap̄ insulas quibus nomē Egates: nec maior alia in mari pugna: quippe cōmetibus: exercitu: ppugnaculis: armis: grauis hostium classis: & i eis q̄si tota Carthago: q̄ d̄ ipsum exitio fuit. Ro. classis prompta leuis. expedita: & quodā genere castrēsis / ad similitudinē pugnae equestris sic remis q̄si habenis agebat: & in hos uel in illos mobilis rostra speciem uiuentiū præferebat. Itaq; momēto tempis lacerata hostiū rates totum iter Siciliā Sardiniaq; pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta deniq; fuit illa uictoria: ut de excidendis hostium mœnibus nō quereret: superuacū uisum est in arcē murosq; seuire, cū iam i mari esset deleta Carthago.

LIBER
BELLVN LIGVSTICVM, TI. III.

P Eracto Punico bello/secuta est breuis sane & q̄si ad
recipiendū spiritum reges/argumentū que pacis/&
bona fide cessantū armorū : tunc primū post Nu-
mam clausa fuit porta Iani. sed statim ac sine mora
patuit: quippe iam Ligures. iā Insubres Galli : necnō & Illyrici
laceſſebant. Sic de subalpibus .i. de sub ipſis Italiae faucibus/gē-
tes: deo quodā aſidue incitant ne rubiginē ac ſitum arma ſen-
trent. deniq̄ ita quotidiani & quaſi domeſtici hoſtes tyrocina
militū inbuebāt: nec aliū utraq̄ gente q̄ſi cote q̄dā .P. Ro. ferrū
ſue uirtutis acuebat. Ligures imis alpium lugis adherētes: inter
Varum & Macram flumen ipſicitos dumis ſilueſtribus /maior
aliq̄to labor erat inuenire q̄ uincere: Tutū locis & fuga Durū
atq̄ uelox genus ex occasione magis latrocinia q̄ bella faciebat.
Itaq̄ cū diu multumq̄ eluderēt Saly Deceates Oxybii : Eubu-
riates: incognitas tandem Fuluius latebras eorū ignibus ſepit.
Bebius in plana deduxit Poſthumius ita exarmauit ut uix re-
liquirit ferrum quo terra coleretur.

BELLVM GALLICVM, TI. III:

G Allis Insubribus & his accolis alpiū : animi ferarū
corpora pluſquā humana erāt. ſed experimento de-
preheſum eſt: q̄ppe ſicut primus impetus eis maior
q̄ uirorum eſt/ita ſequēs minor q̄ ſœminarū Alpi-
na corpora humētī cœlo educata habent q̄ddam ſimile niuib⁹
ſuis. q̄ mox ut caluere pugna: ſtatim in ſudorē eſt: & leui motu:
quaſi ſole laxant. Hi ſæpe & altas ſed Britomaro duce nō pri-
us ſoluturos ſe baltea : q̄ capitolii aſcendiſſent iurauerāt. factū
eſt: uictos. n. Emilius ī capitolio diſcixit. Mox Ariſtonico du-
ce uouere de noſtrum militū preda Marti ſuo torquē : intercepti
Iuppiter uotum : nam de torq̄bus eorum aureū trophœum Ioui
Flammīnus erexit. Viridomaro rege romana arma Vulcano
promiſerant: alioquin uota ceciderūt/ occiſo .n. rege Marcellus

SECUNDVS.

tertia post Romulū patrē Feretrio Ioui arma suspendit.

BELLVM ILLYRICVM. TI. V.

I Llyrii seu Liburni sub extremis alpiū radicibus a-
gunt: inter Arsiam Titūq; flumen: longissime p to-
tum adriatici maris littus effusi: Hi regnāte Teuca
muliere populatiōibus non cōtenti / licentiæ scelus
addiderūt. Legatos quippe nostros ob ea que deliquerant iure
agentes: nec gladio qdem: sed ut uictimas securi percutiūt / pfe-
ctos nauium igne conburunt: idq; quo indignius foret mulier
imperabat. Itaq; Cneo fuluio Cētimalo duce late domant. Stri-
cte in principū colla secures legatorū manibus litauerē.

BELLVM PVNICVM SECVDVM. TI. VI.

P Ost primū Punicum bellū uix quadriennii requies
Ecce alterum bellū minus qdem spacio: nec. n. am-
plus q̄ .xviii. annos habet: sed adeo cladiū atrocitate
terribilius: ut si qs conferat dāna utriusq; popu-
li: similior uicto sit populus q uicit. At pudebat nobilē populū /
ablatū mare: raptæ insula: dare tributa: quæ iubere cōsueuerat.
Hinc in ultionē puer Hānibal ad aram p̄i iurauerat / nec remo-
rabatur. Igitur ī causā belli Saguntus deleta ē Hispaniæ ciuitas
opulenta: fideiq; erga Romanos magnū quidem sed triste mo-
numentū: quam ī libertate cōi fœdere exceptā Hānibal causas
nouorum motuū querens: & suis & ipsorū manibus euertit: ut
Italiā sibi rupto fœdere apiret. Sūma fœderū Romanis religio
est: Itaq; ad auditum socii & ciuitatis obsidū: meti ores fēti cum
Poenis quoq; fœderis: nō statim ad arma pcurrūt: dum prius
more legitimo queri malūt / interī iam nouē mēsis fessi fame
machinis / ferro & igne / uersa deniq; in rabiem fidei in mane in
foro excitāt rogū: tū desup se suosq; cū oībus opibus suis ferro
& igne corrūpunt: Huius tantæ cladis auctor Hānibal poscīt /
tergierantib; Poenis / dux legatiōis Romanorū: que inqt mo-

LIBER

ra est Fabius? In hoc ego sinu bellū affero: & pacē iutrū eligitis?
 utrum placet sumite/cumq; succlamatum esset:utrū uellet daret.
 Bellū igitur inquit accipite: & excusso in media curia toga gre-
 mio non sine horrore q̄si plane sinu bellū ferret: effudit. Similis
 exitus belli initio fuit. Nam q̄si has inferias/sibi Saguntinorum
 ultimæ diræ in illo publico parricidio incēdiog; mādassent: ita
 manibus eorū uastatione Italiæ/captiuitate Africa: ducū & re-
 gum: q̄ id gessere bellū exitio parentatū est. Igitur ubi semel se in
 Hispania mouit illa grauis & luctuosa Punici belli uis atq; tem-
 pestas/ destinatumq; Romanis iam diu fulmē Saguntino igne
 cōflauit: statim quodā impetu rapta medias profregit alpes: &
 in Italiam ab illis fabulosæ altitudinis niuib; uelut cælo missa
 descendit: ac primū q̄dem impetus turbo iter Padū & Ticinum
 ualido statim fragore detonuit. Tūc Scipione duce fusus exerci-
 tus/saucius & ipse uenisset in hostiū manus impator: nisi p̄ctū
 patrē pretextatus admodū filius ab ipsa morte rapuisset: & hic
 erit Scipio: q̄ in exitiū Africæ crescit/nomē ex malis eius habitu-
 rus. Ticino Trebia succedit: hic secunda belli Punici p̄cella de-
 seuit Sēpronio cōsule:tūc callidissimi hostes frigidum & niualē
 naeti diem/cū se ignibus prius oleog; fouissent(horribile dictū)
 hoies a meridie & sole uenientes: n̄a nos hyeme uicerunt. Tra-
 simenus lacus tertlū fulmen Hannibalī impatore Flaminio: ibi
 quoq; ars noua Punicæ fraudis: q̄ppe nebula lacus palustribus
 q; uirgultis tectus equitum terga subito pugnātum iualit. Nec
 de diis possumus queri. iminentē temerario duci cladem p̄dix-
 erant. Insidentia signis agmina & aquilæ prodire nolētes:& cō-
 mīsam aciē secutus ingens terre tremor: nisi illum horrorē soli
 equitū uirorumq; discursus & mota uehementius arma fecerūt.
 Quartū. i. pene ultimū uulnus imperii Cāne ignobilis Apullæ
 uicus: sed magnitudine cladis emerfit &.xI. milium cæde parta
 nobilitas. Ibi in exitiū infelicis exercitus dux:terra/ccelū: dies:
 tota deniq; rerum natura cōsensit. Siquidē non cōtentus simu-
 latis transfugis Hannibal: q̄ mox terga pugnantium ceciderāt.
 Insuper callidissimus imperator patentibus in campis obserua-
 uato loci ingenio: q; & sol ibi accerrimus & plurimus puluis:&

SECUNDVS.

Eurus ab oriente semper quasi ad cōstitutū: ita instruxit acie iut
 romanis aduersus hæc omnia aduersis quasi secum cœlū tenēs.
 uento: puluere: sole pugnaret. Itaq; duo maximi exercitus casi
 ad hostium facietatē: donec Hannibal diceret militi suo. parce
 ferro. Ducum effugit alter: Alter occisus est dubiū uter maiore
 animo: Paulum puduit. Varro nō desperauit. Documenta cla-
 dis: cruētus aliq̄ diu Aufidus: pons de cadaueribus iusu ducts
 factus in Torrente Vergeliū: modii duo anulorū Carthaginem
 B missi: dignitasq; equestris taxata mensura: Dubium deinde nō
 erat: quin ultimum illū diem habitura fuerit Roma: quintumq;
 intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit: si (qđ Pœ-
 num illū dixisse Adherbalē Bomilcaris ferunt) Hannibal quē-
 admodū uicere sic uti uictoria scīset. Tū quidē illū: ut dici uul-
 go solet: aut fatū urbis imperaturæ: aut ipsius mens mala: & a-
 uersi a Carthagine dii: in diuersum abstulerunt: cū uictoria pos-
 set uti: frui maluit. Relictaq; Roma campaniā Tarētumq; pera-
 grare: ubi mox & ipse. & exercitus ardor elanguit: adeo ut uerū
 dictum sit Capuā Hannibali cannas fuisse. Sigdem inuictū al-
 pibus: idomitum armis: cāpaniæ: quis crederet: soles & tepen-
 tes fontibus Baiæ subegerūt. Interi respirare romanus: & qua-
 si ab inferis emergere: arma non erāt: detracta sunt templis: de-
 erat iuuentus. in sacramentum militie liberata seruitia: egebant
 arario: opes suas libēs senatus ī mediū protulit. nec præter qđ
 in bullis singulisq; anulīs erat quicquā sibi auri reliquere: eques
 secutus exemplum: imitataq; equitē tribus: deniq; uix suffecere
 tabulæ uix scribarū manus Leuino Marcelloq; consulisbus cum
 priuata opes in publicum deferentur: quid autem in eligendis
 magistratibus: quæ centuriarum sapiētia: cum iunioribus a se-
 nioribus consilium de creandis consulisbus petiuere quippe ad-
 uersus hostem totiens uictorem: tam callidum non uirtute tan-
 tum: sed uis etiam pugnare consiliis oportebat. Prima redeun-
 tis: sed ut sic dixerim reuiuiscētis imperii spes Fabius fuit: qui
 nouam de Hannibale uictoriam commētus est: non pugnare.
 Hinc illi cognomen nouū & reipublicæ salutare cunctator. Hic
 illud ex populo: ut imperiū scutū uocaretur. Itaq; p Samniū te-

LIBER

tum p Falernos Gauranosq; saltus : sic maceravit Hānibalē : ut qui frangi uirtute nō poterat mora cōminueret. Inde Claudio Marcello duce etiā congrēdi ausus est cominus uenit & pepulit : & Campania sua : & ab obfidiōe Nolæ urbis excussit. Ausus & Sempronio Gracco duce p Lucaniā sequi : & premere terga cedentis : quīstunc(o pudor) manu seruili pugnaret : nam hucusq; tot mala cōpulerant : sed libertate donati fecerāt de seruitute romanos. Horribilem ī tot aduersis fiduciam : o singularē animū ac spiritū populi romanī tam arētis afflictisq; rebus : cum de Italia sua dubitaret : ausus est tamē in diuersa respicere / dūq; hostes in īngulo p Campaniā Apuliamq; uolitarēt / mediāq; de Italia Africam facerēt : eodem tempe & hūc sustinebat : & in Siciliam : Sardiniam. Hispaniā : diuisa p terrarum orbē arma mittebat. Sicilia mādata Marcello : nec diu restitit : tota enim insula ī una urbe supata est : grande illud : & ante id tempus inuictum caput : Syracusæ quīus Archimedis ingenio defenderent : aliq̄do gesserunt. Longe illi triplex murus : totidemq; arces : portus ille marmoreus & fōs celebratus Arethusæ : nisi q; hæcenus p̄suere : ut pulchritudini uictæ urbis parceretur. Sardiniam Graccus arripuit : nihil illic gentiū feritas isanorūq; (nam sic uocant) inantitas mōtiū profuere / scutum in urbes : urbemq; urbū Carali : ut gens cōtumax uilisq; : mortis saltem desiderio patrii soli domaretur. In Hispaniā missi Gneus & Publius Scipiones spem totā p̄oenis eripuerāt : sed insidiis punice fraudis opp̄si rursus amiserant. Magnis q̄dem illi preliis cū punicas opes cecidissent : sed punice insidiæ alterū ferro castrametantē : alterum cū euasisset ī turrim cinctū facibus oppresserūt. Igitur in ultionem patris ac patruī missus cū exercitu Scipio / cui tam grāde de africa nomē fata decreuerant. Bellatricē illam uiris armisq; nobilē hispaniā / illam seminariū hostilis exercitus. illam Hānibalē eruditricem (incredibile dictū) totā a pyreneis montibus in herculis colūnas & Oceanū recuperauit : nescias citius an facilius / q̄ uelocit : q̄ uor anni fatentur : q̄ facile / uel una ciuitas probat : eodē q̄pe quo obfessa est die capta est : omēq; Africanæ uictorie fuit : q̄ tam facile capta est Hispanica Carthago. Certum est tamen ad profi-

SECUNDVS.

gandam prouinciam maxime profecisse singularem ducts fan
 citatem / q̄ppe qui captiuos pueros puellasq̄ precipue pulchritu
 dinis barbaris restituerit: ne in cōspectum q̄dem suū passus ab
 duci: ne qd de uirginitatis integritate delibasse saltē uel oculis
 uideret. Hęc iter diuersa terrarū populus Romanus: nec ideo
 tamē Italia usq̄scris inherētē summouere poterat Hāniba
 lem Carthaginēsem. Plarāq̄ ad hostē defecerant: & dux acer
 ritus cōtra romanos italicis quoq̄ uiribus utebāt: iam tamen
 eum plarīsq̄ oppidis & regiōibus excusseramus Tarētinus ad
 nos redierat: iam & capua sedes & domus & patria altera Han
 nibalis tenebāt: cuius amissio tantū p̄ceno duci dolorem dedit:
 F ut ille totis uiribus Romā cōuerteret. O populū dignum orbis
 imperio, dignū omnium fauore: & administratione hominū ac
 deorū: compulsus ad ultimos metus ab incepto nō destitit: & de
 sua urbe sollicitus: Capuā tamen nō omisit: sed parte exercitus
 sub Appio consule relicta parte Flaccū in urbē secuta: absens si
 mul præsensq̄ pugnabat. Quid ergo miramur Mouenti castra
 a tertio lapide Hannibali iterum ipsos deos: deos Inq̄ nec fateri
 pudebit restitisse: tanta enī ad singulos illius motus uis imbrū
 effusa est tanta uentorū uolentia coorta est: ut diuinitus hostem
 summoueri: nec cœlo sed ab urbis ipsius manibus: & Capitoli
 o ferri uideretur. Itaq̄ fugit: & celsit: & i ultimū se Italia recipit
 finem: cū urbem tantū non adortā reliquisset. Parua res dictū:
 sed ad magnanimitatē, P. R. probandā satis efficax. q̄ illis ip̄is
 quibus obsidebant diebus ager quē Hannibal castris insiderat
 uenalis romæ fuit: hastaq̄ subiectus inuenit emptorē. Voluit
 Hannibal cōtra fiduciam imitari: subiecitq̄ argentarias urbis
 tabernas: nec emptor iuētus est. Ut scias etiā presagia fati fuis
 se: nihil actū erat tanta uirtute sine tanto fauore deorū. Siquidē
 ab Hispania Hasdrubal frater Hannibalis cum exercitu nouo:
 nouis uiribus/noua belli mole ueniebat. Actum erat procul du
 bio: si uir ille se cū fratre iunisset: sed hūc quoq̄ castrametantē
 Claudius Nero cum Liuiō Salinatore debellat. Nero in ultimo
 Italia angulo summouebat Hānibalē Liuius i diuersissimam.
 partem: & in ipsas nascētis Italia fauces signa cōuerterat: tanto

LIBER

omni/que longissima Italia solo interfacente: quo consilio: qua ce-
 leritate consules castra coniuxerint: inopinanterque hostem col-
 latis signis cōpreserint: neque id fieri Hannibal senserit: difficile
 dictu est. Certe Hānibal re cognita: cū prolectum fratris caput
 ad sua castra uidisset agnosco inquit ī foelicitatē carthaginiis: hæc
 fuit illius uiri nō sine presagio quodam fati iminentis prima cō-
 fessio. Iam certum erat Hannibalē etiam ipsius confessione pos-
 se uicē: sed tot rerum prosperarū fiducia plenus populus Roma-
 nus/ magni extimabat asperrimū hostem ī sua Africa debellare.
 Duce igitur Scipione in ipsam Africā tota mole cōuersus imi-
 tari cepit Hannibalem: & Italiæ suæ clades ī Africa uindicare.
 Quas ille (dii boni) Hasdrubalis copias, quos Syphacis exerci-
 tus fudit/ quæ quātaque utriusque castra facibus illatis una nocte dele-
 uit: denique iam non a tertio lapide: sed ipsas carthaginiis portas
 obsidione quatibat: sic factū est: ut inherentē atque incubantem
 Italiæ extorquaret Hannibalē. Nō fuit maior sub imperio Ro-
 mano dies quā ille: cū duo omnium & antea & postea ducū max-
 imi ille Italiæ: hic hispaniæ uictor collatis cominus signis direx-
 ere aciem. Sed & colloquiū fuit inter ipsos de legibus pacis. Ste-
 terunt diu mutua admiratiōe defixi: ubi de pace non conuenit:
 signa cecinere. Constat utriusque confessione/ nec melius instrui
 aciem. nec acris potuisse pugnari. hoc Scipio de Hannibalis,
 Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerūt. Sed tamē Han-
 nibal cessit: præmiumque uictoria: Africa fuit & secutus Africam
 terrarum orbis.

BELLVM MACEDONICVM PRIMVM. TI. VII.

P Ost carthaginem uinci neminē puduit: secute sunt
 statim: Africam gētes. Macedonia: Græcia: Syria:
 cæteraque omnia quodam quasi estu & torrente for-
 tuna: sic primi omnium Macedones affectator quō-
 dam imperii populus. Itaque quamuis tunc Philippus regno pre-
 sideret: Romani tamē dimicare sibi cū rege Alexandro uidebā-
 tur. Macedonicū bellum noīe amplius quā spectatiōe gentis fuit.

SECUNDVS.

Causa coepit a foedere Philippi: quo rex iā pridem dominantē in Italia Hannibalem sibi sociauerat: postea creuit / implorantibus Athenis auxiliū cōtra regis iniurias: cum ille ultra ius uictoriā in tēplā aras: & sepulchra ipsa seuiret. Placuit senatū opem tantis ferre supplicibus: quippe iam gentiū reges duces: populi: nationes: praesidia sibi ab hac urbe petebāt: primo igitur Luino cōsule populus Rōanus Ionū mare ingressus / tota Græciā, litto-
Bra uelut triūphanti classe peragrauit / spolia quippe Sicilia: His-
 pania: Sardinia: Africa praeserabat Et manifestam uictoriā na-
 ta in praetoria puppe Laurus pollicebatur. Aderat sponte i aux-
 ilium Attalus rex Pergamoru. Aderant Rodii nauticus popu-
 lus: quibus a mari consul: a terris omnia egs uirisque quatiebat: bis
 uictus rex: bis fugatus: bis exutus castris: cū tamen nihil terribi-
 lius Macedonibus fuit ipso uulnere aspectu: quā non spiculis ne-
 que sagittis: nec ullo Greculo ferro: sed ingentibus pilis: nec mano-
 ribus adacta gladiis ultra mortem petebant. Enimvero Flam-
 ino duce iuios antea Chaonū montes. Pindūque amnem per ab-
 rupta uadētem & ipsa Macedonia claustra penetrauimus: itro-
 sse uictoriae fuit. Nā postea nunquam ausus congregi rex ad tumu-
 los: quos Cynocephalas uocant / uno ac ne hoc quidem iusto plio
 opprimitur: & illi quidem consul pacem dedit regnūque concessit:
 mox nequid esset hostile Thebas & Euboeam & graesatem sub
 Nabide suo Lacedaemona cōpescuit. Graecia uero ueterem sta-
 tum reddidit: ut legibus uiueret suis & auita libertate frueretur.
 Quae gaudia quae uociferationes fuerunt? Cū hoc sorte Nemeae
 in theatro quinquennialibus ludis a precone caneret: quo certaue-
 re plausu: quod florum in consulem pfuderunt: & iterū iterumque
 praconem repetere illam uocē iubebāt: qua libertas Achaiae p-
 nunciabatur: nec aliter illa consulari sententia: quae modulatissimo
 aliquo tibiarum aut fidium cantu fruebantur.

BELLVM SYRIACVM RE-
 gis Antiochi, Tit, VIII,

LIBER

Macedoniã statim & regem Philippũ/Antiochus ex-
cepit quodã casu/ quasi industria sic gubernate for-
tuna: ut quẽadmodum ab Africa in Europã: sic ab
Europa i Asiam ultro/ se suggerẽtibus causis/ sperũ
pcederet: & cum terrarũ orbis situ ipse ordo uictoriarum nau-
garet. Nõ aliud formidolosius fama bellũ fuit: q̃ppe cũ Persas
& orientẽ Xersem atq; Darium cogitarent: q̃do perfossi inuis
montes: q̃do uelis opertum mare nũciaretur: ut hos celestes mi-
nã territabant/ cum humore continuo Cumanus Apollo suda-
ret: sed hic fauẽtis Asiẽ suã numinis timor erat: Sed nec sane ul-
ris opibus armisq; q̃quam copiosius Syria: Sed in manibus tã
ignauĩ regis incidere: ut nihil fuerit in Antiocho speciosius: q̃
q̃ a Romanis uictus est. Impulere regẽ in Id bellum illinc Tho-
as Etholiẽ princeps: in honoratã apud Romanos quarens ad-
uersus macedones militia: sue societatem: hinc Hãnibal qui in
Africa uictus p̃fugus & pacis ipatiẽs hostem populo Romano
toto orbe quarebat: & q̃ illud fuisset periculum: si se consultis
eius rex tradidisset: si Asia uiribus usus fuisset miser Hãnibal:
Sed rex suis opibus & noie regio fretus satis habuit bellum mo-
uere. Europa iam dubio procul iure ad romanos p̃inebat. Hic
Lysimachiam urbẽ in littore Tracio positam a maioribus suis
Antiochus ut hereditario iure repetebat. Hoc uelut sydere Asi-
atici belli mota tempestas/ & maximus regũ conuentus: fortiter
indictõ bello. cum ingenti strepitu ac tumultu mouisset ex asia.
Occupatis statim insulis grãcisq; littoribus otia & luxus tãquã
uictor agitabat: Euboeam insulam cõtinenti adherentem tenuit
fretõ reciprocãtibus aquis Euripus abscidit. Hic ille positus au-
reis sericisq; tẽtoris sub ipso freti murmure cũ iter fluẽta tibis
fidibusq; conclineret/ collatis undiq; quĩs per hyemen rosis: Ne
delectus habebat. Talem ergo regẽ iam sua luxuria debellatum
Populus Romanus Atilio Glabrione cõsuleĩ insula aggressus
ipso statĩ aduentus suũ/ in tẽtio/ coegit ab insula fugere. Tam pre-
cipitem apud Thermopylas affectus locum. ccc. Laconũ speci-
osa cede memorandũ: ne ibi quidem fiducia loci resistentẽ mari

SECUNDVS.

ac terra cedere coegit. Statim & euestigio itur in Syriā: Classis regia Polixenidi Hānibaliq; cōmissa. Nam rex proeliū nec sperare poterat. Igitur duce Emilio Regillo a remigātibus Rhodiis tota lacerat. Ne sibi placeāt Athenā in Antiocho uicinus Xerxem/In Emilio Alcibiadē aquauimus/ Ephesiis Salamina pen-
 fauimus. Consule Scipione cui frater ille modo uictor carthagi-
 nis Africanus uoluntaria lagatiōe aderat debellari regē placet:
 & iam toto cesserat mari: sed nos imus ulterius: Meandrum ad
 amen montēq; Syphilum castra ponunt: hic rex (incredibile di-
 ctu) quibus auxiliis/ qbus copiis confederat: trecenta milia pedu-
 tum: egtum falcatorumq; curruū/nō minor numerus: Elephā-
 tis ad hoc imensa magnitudinis auro purpura argento & suo
 ebore fulgētibus/aciem utriusq; uallauerāt: sed hac omnia præ-
 pedita magnitudine sua. Ad hoc/ imbre: q subito superfusis mi-
 ra felicitate Persicos arcus corruerat: primū trepidatio: mox
 fuga: de hic triūphus fuerunt. Victo & supplici pacem atq; par-
 tem regni dari placuit: eo libentius: q tam facile celsisset.

Non nulli
Themisto-
clems legē
dū suspican-
tur,

BELLVM ETHOLICVM. TI. VIII.

Yriaco bello successit: ut debet: Etholicum: uicto
 S qppe Romanus Antiocho faces Asiatici belli perse-
 quabatur: ergo Fuluiō nobiliori mādata ultio est.
 Hic protinus caput gētis Ambraciā: Regiam/ Pyr-
 thi/ machinis quatit/ Secuta deditio. Aderant Etholorum præ-
 cibus Attici, Rhodii, & memineras auxiliū: sic placuit ignosce-
 re: serpit tamē latius in proximos bellū omnemq; late Cephalo-
 niā: Zacynton: & quicquid insularum ī eo mari inter Ceraunios
 montes iugumq; Maleū etholici belli accessio fuerunt.

BELLVM HISTRICVM. TI. X.

H Istri sequuntur Etholos: qppe bellātes eos nuper ad-
 iuuerat: & initia pugnae pspira hosti fuerūt: eadem
 q exitū causa, Nam cū Cnei Manlii castra cepisset

LIBER

opimæq; præda incubarēt: epulantes: ac ludibundos plerofq;
aut ubi essent præ poculis nescientes. Appius Pulcher iuadit: sic
cū sanguine & spiritu male partam reuoluere uictoriã. Ipse rex
Apulo equo ipositus cum subinde crapula: & capitis errore lap-
saret: captū sese uix & egre postquã exerectus ē didicit.

BELLVM GALLOGRECVM. TI. XI.

G Allogræciam quoq; Syriaci belli ruina conuoluit:
fuerant iter auxilia regis Antiochi: An fuisset cupi-
dus triūphi Manlius: an eos inuisos simulauerit du-
blum certe: negatus est uictori triūphus: q̄ causam
belli nō approbavit senatus: Cæterū gens Gallogrecorū sicut
ip̄m nomen inditio ē: mixta & adulterata est: Reliquia Gallog;
quibus etiam Brēno duce uastauerāt Græciam: mox orientem
secuti in media Asiã parte etiã sedere. Itaq; ut frugū semina mu-
tato solo degenerant: sic illa genuina feritas eorū / Asiatica ame-
nitate mollita est. Duobus itaq; pl̄is fusi fatigatq; sunt: quãuis
sub aduentu hostis / relictis sedibus: i altissimos se mōtes recep-
sent. Solostoglorū Tectosagiam infederāt: utriq; fundis sagit-
tisq; acti / in perpetuam se pacem dederūt. Sed alligati miracu-
lo quodam fuere / cū cathenas morsibus & ore tētallent cum of-
focandas inuicem fauces præbuissent. Nam Orgiagontis regis
uxor a Centurione stuprū passa: memorabili exemplo custodia
euasit. Reuulsūq; militis caput ad maritū suum rettulit.

BELLVM MACEDONICVM SECVN. TI. XII.

C Vm alia: aliaq; gentes Syriaci belli sequunt̄ ruinã:
Macedonia se rursus erexit: Fortissimum populum
memoria & recordatio sua nobilitatis agitabat: &
successerat Philippo filius Perse: q̄ semel in ppetuū
uictã esse Macedoniam nō putabat ex gentis dignitate: multo
uehementius sub hoc Macedones q̄ sub patre cōiurgunt / Quip-
pe Thraces in ultres suas traxerāt. Atq; ita industria Macedonū:

SECUNDVS.

uiribus Thracū: disciplinā Macedonicam tēptauere. Accessit
 his consiliū ducis: q̄ situm regionū suarū summo speculatus He-
 mo: positus p̄ abrupta castris: ita Macedonia suam armis: ferro
 q̄ uallauerat: ut nō reliquisse aditū nisi a cælo uēturis hostibus
 uideretur. Nā Marcio Philippo cōsule: eam p̄uinctam ingressus
 Populus Romanus exploratis diligenter accessibus p̄ Astrudē
 paludem: p̄ acerbos dubiosq̄ tumulos: illa q̄ uolucris quoq̄
 uidebant̄ inuā accessit: regēq̄ securū & nihil tale metuentem
 subita belli eruptione terruit: cuius tanta trepidatio fuit ut pecu-
 niam omnē ī mare iusserit mergi ne periret: classem cremari: ne
 A incendere. Paulo consule cū maiora & crebra essent īposita p̄si-
 dta: per alias uias Macedonia depressa ē. Summa q̄dem arte &
 Industria ducis: cū alias minatus: alias irrepisset: cuius aduen-
 tus ipse: eo terribilis regi fuit: ut interesse nō auderet: sed gerēda
 ducibus bella mādauerit. Absens ergo uictus fugit in maria: in
 sulamq̄ Samothracem: fretus celebri regione: quasi tēpla & aræ
 possent defendere: quē nec montes sui: nec arma potuissent. Ne-
 mo regū diutius amissæ fortunæ cōscientiā retinuit: supplex cū
 scriberet ad imperatorē: ab illo quo confugerat tēplo: nomenq̄
 epistolæ notaret suū regem addidit. Sed nec reuerentior captæ
 maiestatis alius Paulo fuit: cū in conspectu uenisset hostis ī tem-
 plum recepit: & in cōiuiis adhibuit: liberosq̄ admonuit suos:
 ut fortunā cui tantū liceret reuererent. Inter pulcherrimos hūc
 quoq̄ Populus Romanus de Macedonia duxit atq̄ uidit triū-
 phū: q̄ppe cuius spectaculo triduū īpleuerit. Prima dies signa
 tabularq̄. Sequens arma pecunias transuexit. Tertius captiuos
 ipm̄q̄ regē attonitū adhuc tanq̄ subito malo stupentē. Sed mul-
 to prius gaudiū uictoriæ Populus Romanus q̄ epistolis uictor-
 ris p̄ceperat. Quippe eodē die quo uictus est Perles in Macedo-
 nia Romæ cognitū ē. Duo iuuenes cādidi eq̄s apud Iturnæ
 lacū puluerē & cruorem abluebāt. Hi nūciauere. Castorē & Pol-
 lucem fuisse creditū uulgo q̄ gemini fuissent: iter fuisse bello: q̄
 sanguine maderēt: a Macedonia uenire: q̄ adhuc anhelarēt.

LIBER
BELLVM ILLYRICVM, TI. XIII.

Macedonici belli contagio traxit Illyricos: ipsi quidē ut Romanū a tergo distinguerēt: a Perse rege conducti pecunia militauerunt: sine mora ab Antio Prætoris subigunt. Lofcordam caput gentis delesse fecit: Statim secuta deditio est deniq; hoc bellum ante finitum ē q̄ geri Romæ nunciaretur,

BELLVM MACEDONICVM TER, TI. XIII,

Quodam fato: q̄si ita cōuenisset inter Pœnos & Macedonas: ut tertio quoq; uincerent: Eodem tempore utriq; arma mouere. Sed prior iugū excutit Macedo, aliquanto q̄ ante grauior: dum cōtemnit. Causa belli ppe erubescenda: quippe regnū pariter & bellum uirultime fortis Andriscus inuaserat: dubiū liber an seruus: mercenarius certe/ sed q̄a uulgo Philippus & similitudine pseudoPhilippus uocabatur: regiam formā: regium nomē: animo quoq; regio impleuit. Iḡitur dū hac ipsa contemnit Populus Romanus Iuuentio Prætoris cōtentus: uirum nō Macedonici modo sed Thraciæ quoq; auxiliis ingentibus ualidū temere tētauit. Inuitos quoq; nō a ueris regibus: sed ab illo imaginario & scanico rege superatus. Sed cōsule Metello: amissum cū legiōe prætorē plenissime ultus est. Nam & Macedoniam seruitute multauit: & ducem belli deditū ab eo: ad quē confugerat Thraciæ regulo in urbē i cæthenis reduxit. Hoc quoq; illi i malis suis indulgēte fortuna: ut de eo Populus Rōanus q̄si de rege uero triūphauit.

BELLVM PVNICVM TERTIVM, TI. XV.

Tertium cum Africa bellū & tempore exiguum fuit: nam quadriēnio patratū est: & in cōparatione prætorum: minimū labore: nō enim tam cū uiris: quam cum ipsa urbe pugnatum est: sed plane maximo euentu: quippe

SECUNDVS.

tandē Carthago finita ē. Atq; si quis trium temporū momenta
 consideret: primo cōmissum est bellū: p̄fligatum secūdo: tertio
 uero confectū est. Sed huius causa belli: q̄ cōtra fœderis legem
 aduersus Numidas q̄dem semel parasset classem & exercitū/ stre-
 quēs autē Manfinisīæ fines territaret: sed huic bono/ socioq; re-
 gi fauebatur. Cū bellum sederet: de belli fine tractatum ē. Cato
 Inexpiablem odium delendā esse Carthaginem: & cū de alio consu-
 leretur: p̄nunciabat Scipio Nasica seruandam: ne metu ablato
 emulæ urbis: luxuriari foelicitas urbis inciperet. Medius senatus
 elegit: ut urbs tantū loco moueret: nihil .n. speciosius uidebat:
 q̄ esse Carthaginē: que nō timeret. Igitur Manlio Cēsorinoq;
 cōsulibus/ Populus Romanus aggressus Carthaginē spe pacis
 iniecit: traditā a uolentibus classem sub ipso ore urbis icendit.
 Tum euocatis p̄cipibus: si salui esse uellent ut migrarent finib;
 imperatum: quod p̄ rei atrocitate adeo mouit iras: ut extrema
 mallent. Cōploratum igitur publice statim/ & pari uoce clama-
 tum ē ad arma/ seditq; sn̄a quoquo modo rebellandū: Non q̄
 spes ulla iam superesset: sed quia patriā suam mallēt hostium q̄ su-
 is manibus eueri. Qui rebellantiū fuerit furor: uel hic intelligi
 potest: q̄ in usum nouæ classis tecta/ domusq; resciderunt: & in
 armorū officinīs aurum & argentū pro are ferroq; conflati est:
 in tormentorū uincula matronæ crines suos contulerūt. Manli-
 no deinde consule terra mariq; seruebat obsidio: operis portus
 nudatus: & primus & sequēs iā murus: cum tantū Byrsa: quod
 nomen arcis fuit: q̄si altera ciuitas resistebat. Quāuis profligato
 urbis excidio: tamē fatale Africæ nomē Scipionum uidebat.
 Igitur in alium Scipionē conuersa R. P. finem belli reposebat.
 Hūc Paulo Macædonico p̄creatū: Africani illius magni filius
 ī decus gētis assumpserat. Hoc scilicet fato: ut quā urbē cōcusse-
 rat Auus/ nepos euerteret. Sed quā maxime mortiferū esse mor-
 sus solent morientū bestiarum: sic plus negocii fuit cū semiruta
 ciuitate Carthagine: quā integra. Cōpulsis in unam arcē hosti-
 bus: portū quoq; maris Romanus obsederat. Illi alterq; ibi por-
 tum ab alia urbis parte foderūt: nec ut fugerent: sed quia nemo
 illos nec euadere posse credebat. Inde q̄si enata subito classis eru

LIBER

pit: tū interim iā diebus iam noctibus noua aliqua moles: noua machina: noua perditorum hominum manus: quasi ex obruto incendio subita decineribus flāma prodibat. Deploratis nouis sine rebus. xl. se milia uiros: dederunt. Quod minus credas/ duce Hasdrubale: q̄to fortius scēmina & uxor ducis q̄ cōprehēsis duobus liberis a culmine se domus in mediū misit incendium imitata reginam que Carthaginē condidit: quanta urbs deleta fit: ut de ceteris taceam: uel ignium mora probari potest: q̄ppe per cōtinuos decē & septem dies uix potuit incendium extingui: q̄d domibus ac templis suis sponte hostes imiserant: ut q̄tenus urbs eripi Romanis non poterat/ triumphis arderet.

BELLVM ACHAICVM. TI. XVI.

Quasi saculum illud euerfōibus urbium curreret: ita Carthaginis ruinā statim Corynthus excepit: Achaisae caput: Graeciae decus: inter duo maria Ionium & Egæum quasi spectaculo exposita. Haec (facinus indignum) ante oppressa est q̄ in numero certorū hostium reseretur. Critolaus causa belli: qui libertate a Romanis data: aduersus ipsos usus est. Legatos Romanos dubium an & manu/ certe oratione uiolauit. Igitur Metello ordinātū (cui tū maxime Macedonia mandata ē ultio) & hinc Achaicū bellum: at primā Critolai manū Metellus consul p̄parentis Elis campos toto cecidit Alpheo: & uno proelio peractum erat bellū: iam & urbem ipsam terreat obsidio. Sed fato rerum: cum Metellus dimicasset ad uictoriam Mumius uenit. Hic alterius ducis dignitate exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit: geminosq; portus sanguine infecit: Tandem ab incolis deserta ciuitas: direpta primū: dein de tuba p̄cinente deleta ē. Quid signorū: quid uestiū: quidue tabularū raptum: incensum: atq; proiectū ē? Quātas opes & abstulerit & cremauerit hic scias: q̄ quicquid Corinthi aris toto orbe laudatur/ incendio supfuisse cōperimus. Nā & aris notā p̄ciosiorē ipsa opulētissima urbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis Statuis atq; Simulachris: aris auri: argentiq; uena: i cōe fluxere.

SECUNDVS.

RES IN HISPANIA GESTE, TI. XVII.

V T carthaginē Corinthos: ita Corinthū Numātia
 secuta ē: Nec deinde toto orbe quicquid tantū in aris fu **A. I. armis,**
 it Post illa duo clarissima urbium incēdia late atq; pas-
 sim: nec p uices: sed simul pariter: quasi unū undiq;
 bellū fuit: prorsus utile: q̄si agitantibus uētis diffudisse quedam
 belli incēdia toto orbe uideret. Hispaniā nunq̄ animus fuit ad-
 uersus nos uniuersā cōsurgere: nunq̄ conferre uires suas libuit:
 neq; aut imperare: aut libertatē tueri suam publice: Alioquin ita
 undiq; mari Pyrenæoq; uallata ē: ut ingenio situs nec adiri qdē
 potuerit. Sed antea a Romanis obsessa est: q̄ seipsa cognosceret:
 & sola oīum prouinciā uires suas: postq̄ uicta est intellexit. In
 hac prope ducentos p annos dimicatū est a primis Scipiōibus
 in postremū Cefarem Augustū: Nō cōtinue nec coharēter sed
 put lacesierant. Nec cum Hispaniis inīto: sed cū Pœnis in His-
 pania. Inde cōtagio & series/ causaq; belloq;: Prima p Pyrenatū
 iugū signa Romana Publius & Cn. Scipiōes intulerūt: plūsq;
 igentib; Hānonē & Hasdrubalem fratrē Hānibalī ceciderūt:
 raptaq; erat ipetu Hispaniā: nisi fortissimū uirū i ipsa sua uictoria
 oppōsi Punica fraude cecidissent: terra mariq; uictores. Igit̄ q̄si
 nouā integramq; puinciā ultor p̄ris & patrui Scipio ille mox
 Africanus inuasit. Isq; statim capta Carthagine & i aliis urbib;
 nō contētus Pœnos expulisse/ stipendiariā nobis puinciā fecit.
 Omnē citra ultraq; Hiberę subiecit iperio: Primus Romanorū
 ducū uictor ad Gades & oceanī orā puenit: plus ēt puinciā reti-
 nere: q̄ facere studuit. Itaq; p partes iā huc iā illuc missi duces: q̄
 ferocissimas: & ad id temporis Iberas gentes adeo ipaciētes iu-
 gū multo labore nec icruentis certaminibus seruire docuerunt.
A Cato ille Ceforinus Celtiberos idest robur Hispaniā, aliquot
 procellis fregit, Graccus pater ille Graccorum eisdem cētum &
 quinq̄gita urbium euerfione maletauit. Metellus ille qui ex Ma-
 cedonia cognomen meruerat: & Celtibericus fieri: cum & con-
 trebiā memorabilē cœpisset exemplo: & Verfobrigis maiori glo

LIBER

ria pepercit. Lucullus Turdulos atq; Vaccos: de quibus Scipio ille posterior singulari certamine cum a rege fuisset provocatus optima retulerat. Decius Brutus aliquando latius Gallicos Lusitanosque: omnes Galatiae populos: formidatibusque militibus flumen Oblivionis: peragratoque victor oceani littore: non prius signa converterit: quam cadentem in maria solem obrutumque aquis igne non sine quodam sacre gloriæ metu: & horrore deprehendit. Sed tota certaminum moles cum Lusitanis fuit: & Numantinis: nec immerito: quippe solis gentium duces contigerunt: fuisset & cum omnibus Celtiberis nisi dux illius motus initio belli oppressus esset summæ viri astutiæ & audaciæ: si recessisset Salondicus: qui hastam argenteam quatiens velut caelo missam uaticinanti similis omnium in se mentes converterat. Sed cum pari temeritate sub nocte castra consulis adisset: iuxta tentorium ipsum/pilo uigilis exceptus est. Ceterum Lusitanos Viriatus erexit: uir caliditatis accerrimæ: qui ex uenatore latro: ex latrone subito dux: atque impator: & si fortuna celsisset Hispania Romulus non contentus libertatem suam defendere per, xiiii. annos omnia citra ultraque Hyberum & Tagum igni ferroque populatus: castra etiam praetoribus & praesidium aggressus. Claudium Vnimanum poene ad internitionem exercitus cecidisset. Insignia trabibus fascibusque: quae coeperant: in montibus suis tropaea fixisset: Tandem cum Fabius Maximus consul oppreserat: sed a successore Seruilio uoluptatosa uictoria est: quippe qui conficiendae rei cupidus: fractum ducem & extrema deditiois agitantem: per fraudem & infidias: & domesticos percussores aggressus: hanc hosti gloriam dedit: ut uideretur aliter uincti non potuisse.

Claud. Ve
cilius a Liuius
& Orofio,
a l. Popillo,

BELLVM NYMANTIVM. TI. XVIII.

Nymantia quantum Carthaginis, Capuae: Corinthi
omnibus inferior: ita uirtutis nomine & honore par omnibus/ summumque si uictos estimas Hispaniae decus.

Quippe qui sine muro: sine turribus: modice edito in
tumulo apud Flumen Durium situata: quatuor milibus Celtiberorum
& .xxxx. exercitum per annos, xiiii. sola sustinuit: Nec sustinuit mo-

SECUNDVS.

do: sed sauius alligato prulit: pudēdis foederibus affecti. Nouiss,
 me cum inuictā esse constaret: opus quoq; eo fuit: q; carthaginē
 euerterat. Non temere (si fateri licet) ullius causa belli infustior:
 Segidenfes socios & cōsanguineos. Romanorum manibus ela
 plos exceperāt: Habita p; eis deprecatio nihil ualuit: cum se ab
 omni bello; contagione remouerēt: i legitimi foederis precii
 iusi arma deponere: Hoc sic a barbaris acceptū/ q̄si manus ab
 scinderent. Itaq; statim Megara uiro fortissimo duce: ad arma
 conuersi: Pompeiū prelio aggressi: foedus tamē maluerunt/cū
 debellare potuissent: Hostilium deīde Mancinum hunc quoq;
 asiduis cādibus ita subegerunt: ut ne oculos qdem aut uocem
 Numantini uiri quisquā sustineret: tamen cū hoc/quoq; foedus
 maluerit:cōtenti armog; manubiis: cum ad internitionē sauire
 potuissent. Sed nō minus Numantini q̄ Caudini illius foederis
 flagrans ignominia ac pudore Populus Ramanus. Dedecus q;
 dem p̄sentis flagitii: deditio Mancini expiauit. Ceterū duce
 Scipione Carthaginis incendiis ad excidia urbū imbuto: tandē
 etiam in ultionē excanduit: sed tūc acrius/in castris q̄ in campo
 nostro cū milite:q̄ cū Numantino proeliandū fuit: Quippe/ als
 duls & iniustis & seruilibus maxime opibus attrit: ferre pleni
 us uallum: q; arma nescirēt. Luto iquinari q; sanguine nollēt iu
 bebant. Ad hoc scorta:& Calones: Sarcinæ nisi ad usum neces
 sariae amputant: Tanti esse exercitū:q̄ti imperatorē uere p̄ditū
 est. Sic redacto in disciplinā milite:cōmissa acies: quodq; nemo
 uisurū se unq; sperauerat: factū ē: ut fugiētes Numantinos quis
 quā uideret. Dedere etiam sese uolebāt: si tolleranda uiris ipera
 rentur. Sed cum Scipio uerā uellet & sine exceptiōe uictoriam/
 eo necessitatū compulsi: primū/ut destinata morte i proelium ru
 erent cum sese prius epulis q̄si inferiis impleuissent: carnis semi
 crudæ & Celia: sic uocāt idigenæ ex frumēto potionem. Intelle
 cū ab imperatore consiliū: itaq; nō est permīssa pugna mori
 turis. Cum fossa atq; lorica: q̄tuorq; castris circumdatos fame
 premēret ab duce orantes praelium: ut tanq; uiros occideret: sed
 ubi non impetrabāt: placuit eruptio: sic conferta manu plurimi
 occisi:& cū urgeret fames aliquantisper inde uixere. Nouissime

consilium fugæ sedit: sed hoc quoque eruptis equorum cingulis uires ademere summo scelere pro amore. Itaque etiam exitu deplorato in ultimam rabiem furoremque conuersi postremo mori hoc genere destinarunt. Duces suos: seque patriamque ferro & ueneno: subiectoque undique igne peremerunt. Macte esse fortissimam & meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitate asseruit: Cum fide socios: populum orbis terrarum uiribus sultum: sua manu: ætate tam longa sustinuit. Nouissime maximo duce oppressa ciuitas nullum de se gaudium hosti relinquit. Unus enim uir Numantinus non fuit: qui cathenis duceretur: Præda ut de pauperibus nulla: Arma cremauerunt: Triumphus fuit tantum de nomine.

ANACEPHALEOSIS. TI. XVIII.

H Actenus Populus Romanus pulcher, egregius, pro sanctus, atque magnificus, reliqua seculi ut grandia æque: ita uel magis turbida & sordida/ crescentibus cum ipsa magnitudine imperii uitium/ Adeo ut si quis hæc tertiam eius ætatem transmarinam quam ducentorum annorum fecimus diuidat: centum hos priores: quibus Africam, Macedoniam, Siciliam, Hispaniam, domuit aureos (sicut poeta canit) iure meritoque fateatur. Centum sequentes ferreos plane & cruentos/ & siquid immanus. Quippe qui Jugurthinis Cymbricis: Mithridaticis: Parthicis bellis/ Gallicis: atque Germanicis: globus cœclum ipsum gloria ascendit. Graccanas: Drusianasque cedes/ ad hæc seruilia bella miscuerunt: & ne quid turpitudini desit: gladiatoria denique: in se conuersis Marianis atque Syllanis nouissime Pompei & Caesaris manibus quasi per rabiem & furorē & nefas semetipsum se lacerauit: Quæ si inuoluta inter se sunt omnia atque confusa: tamē quoque melius appareant simul & ne scelera uirtutibus obstrepant separati præferent: priusquam capimus iuxta illa memorabimus: ut & pia cum exteris gentibus bella & magnitudo crescentis in dies imperii/ appareat: Tum ad illa ciuium scelera turpesque & impias pugnas reuertemur,

TERTIVS.
BELLVM ASIATICVM. TI. XX.

Victa ad occasum Hispania: P. R. ad orientem pacem agebat: nec pacem modo sed inusitata & incognita quidam felicitate relictae regis hereditatibus opes & tota in simul regna ueniebant Attalus rex pergamenorū regis Eumenis filius socii quondam cōsilitoniscq; nri testamentū reliquit: Populus Romanus bonorū meorum haeres esto: In bonis regis haec fuerunt: Adita igitur hereditate puinclam Populus Romanus nō quidem bello: nec armis: sed (q̄ est aequius) testamenti iure retinebat. sed hanc difficile dictū ē utrū facilius amiserit Populus Romāus: an recuperauerit. Aristonius regii sanguinis ferox iuuenis urbes regibus parere cōsuetas partim facile sollicitat: paucas resistentes / Mīndū / Samon Colophonē ul recepit. Craſi quoq; Pratoris Cedit exercitū: ip̄m quoq; coepit. Sed ille memor & familiae & Romani nominis / eustodem sui Barbarum uirgula execat in exitium sui (quod uolebat) ira concitat. Mox a Perpenna domitus: & captus: & p̄ deditiōem in uinculis habitus. Aquilius Asiatici belli reliquias confecit / mixtis (nephas) ueneno fontibus ad deditiōē quātidam urbium: quae res ut maturam: ita infamē fecit uictoriam: Quippe cum cōtra fas deum / moresq; malorum medicaminibus ipuris in id tempus sacrosancta Romana arma uiolasset.

LVCII FLORI EPITOMA
tis liber Tertius incipit.

DE BELLO IUGVRTHINO. TI. I.

Hacc ad orientē: sed nō ad meridionalē plagā eadē ges. Quis speraret post Carthaginē: aliquod ī Africā bellū? Atqui nō leuiter se Numidia cōcussit: & fuit ī Iugurtha / quod post Hannibalē timere: Quippe rex callidissimus Populum Romanū armis indyctū & iuictū opib; aggressus ē: & citra spē oīum / fortuna cessit: ut rex fraude p̄cipuus: fraude caperetur. Hic auo Masinissa & Micypsa p̄ se per adoptionē